

Leçons de Ténèbres François Couperin

Première Leçon de ténèbres pour le Mercredi Saint

Incipit Lamentatio Jeremiae Prophetae

ALEPH

Quomodo sedet sola civitas plena populo? Facta est quasi vidua domina gentium: princeps provinciarum facta est sub tributo.

BETH

Plorans ploravit in nocte, et lacrimae ejus in maxillis ejus: non est qui consoletur eam ex omnibus caris ejus: omnes amici ejus spreverunt eam, et facti sunt ei inimici.

GHIMEL

Migravit Juda propter afflictionem, et multitudinem servitutis: habitavit inter gentes, nec invenit requiem: omnes persecutores ejus apprehenderunt eam inter angustias.

DALETH

Viae Sion lugent eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem; omnes portae ejus destructae; sacerdotes ejus gementes; virgines ejus squalidae, et ipsa oppressa amaritudine.

HE

Facti sunt hostes ejus in capite, inimici ejus locupletati sunt: quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum ejus; parvuli ejus ducti sunt in captivitatem, ante faciem tribulantis.
Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

Commencement des lamentations du Prophète Jérémie

ALEPH

Comment cette ville, autrefois si peuplée, est-elle maintenant abandonnée et déserte ? La maîtresse des nations est comme une veuve désolée : celle qui commandait à tant de tribus est assujettie au tribut.

BETH

Elle pleure toute la nuit, et ses joues sont couvertes de larmes : de tous ceux qui lui étaient chers, pas un ne se présente pour la consoler ; tous ses amis la méprisent, et sont devenus ses ennemis.

GHIMEL

La fille de Juda a quitté son pays pour fuir l'affliction et la rigueur de la servitude ; elle est allée parmi les nations, et n'y a pas trouvé de repos : ses persécuteurs l'ont cernée de si près, qu'elle est finalement tombée entre leurs mains.

DALETH

Les rues de Sion pleurent leur solitude : parce qu'il n'y a plus personne qui vienne à la solennité des fêtes : toutes ses portes sont détruites ; ses prêtres ne font que gémir ; ses jeunes filles sont défigurées, et elle est plongée dans l'amertume.

HE

Ses ennemis sont devenus ses maîtres, et se sont enrichis de ses dépouilles ; parce que le Seigneur l'a ainsi ordonné, à cause de la multitude de ses iniquités : ses enfants ont été faits esclaves, et ses persécuteurs les ont chassés cruellement devant eux.

Jérusalem, Jérusalem, convertissez-vous au Seigneur votre Dieu.

Seconde Leçon de ténèbres pour le Mercredi Saint

VAU

Et egressus est a filia Sion omnis decor ejus: facti sunt principes ejus velut arietes non invenientes pasqua; et abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentiis.

ZAIN

Recordata est Jerusalem dierum afflictionis suae, et praevaricationis omnium desiderabilium suorum, quae habuerat a diebus antiquis, cum caderet populus ejus in manu hostili, et non esset auxiliator: viderunt eam hostes, et deriserunt sabbata ejus.

HETH

Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est: omnes qui glorificabant eam, spreverunt illam, quia viderunt ignominiam ejus: ipsa autem gemens conversa est retrorsum.

TETH

Sordes ejus in pedibus ejus, nec recordata est finis sui: deposita est vehementer, non habens consolatorem: vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus. Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

VAU

La fille de Sion a perdu toute sa beauté : ses princes ont été dispersés comme des béliers qui ne trouvent point de pâturage : ils se sont enfuis, sans courage et sans force, devant l'ennemi qui les poursuivait.

ZAIN

Jérusalem s'est souvenue des jours de son affliction et de sa désobéissance, et de tout ce qu'elle avait eu autrefois de plus précieux et de plus désirable, lorsqu'elle a vu son peuple tomber entre les mains de son ennemi, sans recevoir de secours de personne : ses ennemis l'ont regardée avec mépris, et ils se sont moqués de ses fêtes.

HETH

Jérusalem a commis de grands crimes ; c'est pourquoi elle est errante et sans demeure assurée. Tous ceux qui l'élevaient autrefois l'ont méprisée, parce qu'ils ont vu son ignominie : et elle, en gémissant, a tourné la tête en arrière.

TETH

Ses souillures ont paru sur ses pieds, et elle ne s'est point souvenue de sa fin : elle est tombée dans un extrême abattement, sans avoir personne pour la consoler. Voyez mon affliction, Seigneur, et l'insolence de mon ennemi. Jérusalem, Jérusalem, convertissez-vous au Seigneur votre Dieu.

Troisième Leçon de ténèbres pour le Mercredi Saint à deux voix

JOD

Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus : quia vidit gentes ingressas sanctuarium tuum, de quibus praeceperas ne intrarent in Ecclesiam tuam.

CAPH

Omnis populus ejus gemens, et quaerens panem, dederunt pretiosa quaeque pro cibo ad refocillandam animam. Vide Domine et considera, quoniam facta sum vilis.

LAMED

O vos omnes, qui transitis per viam, attendite et videte si est dolor sicut dolor meus ; quoniam vindemiavit me, ut locutus est Dominus in die irae furoris sui.

MEM

De excelso misit ignem in ossibus meis, et erudivit me : expandit rete pedibus meis, convertit me retrorsum : posuit me desolatam : tota die maerore confectam.

NUN

Vigilavit jugum iniquitatum mearum : in manu ejus convolutae sunt, et impositae collo meo : infirmata est virtus mea : dedit me Dominus in manu, de qua non potero surgere.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

JOD

L'ennemi s'est emparé de tous ses trésors ; [Jérusalem] a vu pénétrer dans ton sanctuaire les nations auxquelles tu avais défendu d'entrer dans ton église.

CAPH

Tout son peuple gémit et cherche du pain : ils ont donné tout ce qu'ils avaient de plus précieux pour avoir de quoi vivre. Voyez, Seigneur, et regardez comme je suis devenue misérable.

LAMED

Ô vous qui passez par ce chemin, regardez, et voyez s'il est douleur pareille à la mienne: mon ennemi m'a dépouillée, comme une vigne que l'on vendange, ainsi que le Seigneur m'en avait menacée, au jour de sa colère.

MEM

Du haut des cieux, il a lancé dans mes membres un feu qui les ravage ; il a tendu un filet à mes pieds, et m'a ramenée violemment en arrière : il a fait de moi une ruine, un être souffrant sans trêve.

NUN

*Le joug de mes péchés est venu fondre sur moi : la main du Seigneur en a fait une chaîne, qu'il m'a mise au cou ; ma force est anéantie. Le Seigneur m'a livrée à une puissance dont je ne pourrai me défendre.
Jérusalem, Jérusalem, convertissez-vous au Seigneur votre Dieu.*

©DR pour la traduction française